

Venerande frater, etsi non tam liberaliter tuis consiliis & colloquijs frui potui: quam voluissem, tamen illa brevis consuetudo qua te nobis utendum firmandumq; adisti, meum animum non mediocriter reuocauit. Neq; quidquam hic me cruciat, aut magis angit, quam quod amici desunt quorum prudentia & consilio mihi possum, si quando (ut saepe) interius sum rerum mearum. Cui possum in ciuitate ubi sit omnia miseri nullum mihi sit praesidium doctrinae aut morum in Ecclesia, facile intelligi potest quam oppressam duces consultationib; quorum conium hanc facile alia incommoda scribi possent. Permultum tamen es & vni magnifico Scholarum Rectori Jesu Christo, qui mihi adeo unus est instar multorum. Nunc te frater fuit, sumpulus mihi interfectus est, quum velim a vobis eximi, hortari experib; (idq; ut sit) ex Gerardi sententia) ut in hunc ingressus templum audiam Antonij & Jacobi remouens, quorum minibus corrupta est doctrina. Hic etsi exemplis disputandum non est: tamen multum apud me valet sancti viri Dn. Herberti factum, qui subinde negatus saltem in die Mercurij D. Jacobum audiret, quia nisi ab eo quem Gerardus adducturus esset paulatim corrigantur, ne ad ipsum quidem audiendum aequo animo adduci me sinam. Scriptum est huius Ecclesiae monibus, ut quum visitatur Insitutus S. corpus Christi, quod si verum est, aut panem externum adorari oportet: aut Christum regem esse adorandum. Nunquam enim a naturali Christi corpore disungi potest ipsius Mystica quam supplicet adoramus. Is autem in pietate non bene proficit, nisi cui fuerit quidquid ab eius puritate est alium. Cui si panis illis adoratur, aut Deus in pane, quum magis ardentem adorantibus quam his qui solum manibus in sacris missa. Et quidem meos contubernales facili reuertens ne fiant ardentius, sed quid faciam reliqua iuuentuti? Cui mihi frater dilecti non vulgaris hac agnitudo meum animum saepe commouet, quod filiis huiusmodi impietatem doctrina & cultum crebris & asperis inseret & oppugnet. tum autem quod meos omnes conuictos & quosdam etiam extraneos quorum intelligentia melior est, in schola exerceo, dum alii in templo tempus perdunt. Hoc ergo hic quaeritur. An satis fiat conuictis quando me meosq; arce, et palam omnibus audientibus reuertens configo. an opus sit illos quoq; a templo abigere quod sui parentibus in templo esse volunt. Cui ego quasi neminem non mouerem nisi id mihi nuper quidam tanquam parum sancti hominis factum exprobrasset. Equidem non indigne facti, sed proponendum fratribus putavi, vel ut magis meum ipse animam ad persecutionem instigem: vel ut consilium in melius vertam. Interpendent noua nobis turba i mutatione gubernationis. Insurgent enim minati multa Cons. sed haec sunt in Dei manu posita, quae habui hactenus familiae Scholaeq; tutorum ac puerum. Valent omnes domestici & simul chara coniuncta, quae tentationib; aspersa non admodum paruo spiritui commouetur. T. H. rixq; Coniungi ambo salutem precamur. Vale. Vndecimo Calendas Julij. inter varias compactionum turbas. 1569.

Breua in Schola iuuenum custod.

fui studiosiss.

M. petro gabrieli f. d. v.

Pax Christi.

Johannes Molanus.

Cui non miretur et praedicet ipsam Dei ineffabilem bonitatem, in urbe una eiq; non magna tamquam in myrmecia quadam: tantam sanctorum suorum multitudinem tam liberaliter et tam benigne pascentis? Equidem hoc nomine Deum laudo Dilecte frater et ei gratias ago, quum vel e sola nostra patria dulci Flandria tot viri iuuenes & senes, tot puellae immae, tot pia matres in exiliis istis veniant, una omnes Emda conplexantur, omnes Emda dominium inueniunt, omnes istis a Domino mane & vespere pane et opsonio cum paruis liberis saturantur. Fortunata ciuitas quae velut in arce posita theatrum amplissimum est gloriae Christi in medio minimorum gloriose regnantis. Quorsum haec? nempe ut tibi gratuler, qui relictis Norda solitudine: in istam Emdensia Ecclesia celebritatem hauristi. Nec vero tam tua causa gaudeo: quam peregrinorum nostrorum nomine, quos scio tua tum eruditione: tum dulcissima consuetudine non vulgariter refocillari. Debetis hic sane omnes parui & ampli magno animo